Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Specimen Inaugurale Academicum, Sistens Luem Animarum Boehmisticam, ubi ostenditur, quanto cum animarum periculo Jacobi Boehmii, Sutoris Görlizensis, scripta planè fanatica vel amentur & legantur, ...

Wild, Adam

Altdorfii, 1705

§. VI

urn:nbn:de:bsz:31-105875

Visual Library

pliciter negatur: has ut quilibet rectè intelligat, nec offenſionem capiat, altera quoque adponitur diſtinctio, quæ revelationes, ex pleno lumine prophetico & officio, à Deo immediatè impoſito, proficiſcentes, quales hodie non dari, adverſus *D. Jacob. Fabricium*, hactenus conſtanter defenſum eſt, divellit à ſtricturis & ſcintillulis tenuibus & tranſeuntibus luminis prophetici, quas in Eccleſiâ noſtrâ quodammodo admitti, edocet prophetia *Hlitenii*, in *Apol. Aug. Conf. pag. 276. & ſeq.* memorata & laudata.

Linguarum exoticarum ſimulata, minimùm non laudanda Böhmii ſcientia.

§. VI. Quid aliud (β) prodit teſtimonium *Davidis* von Schweinitz/Capitanei Lignicenſis, ap. *Calovium p. 4.* Er (Böhm) wuſſte auch alles/ ob wir gleich Lateiniſch/ oder Frantzöſiſch redeten/ was wir geredet hatten: ſagte auch/ wir möchten reden/ in was vor Sprache wir wolten/ er würde es dennoch verſtehen? Quid aliud, quàm ſi *Bœhmio*, ut aliis mitius judicem, talis tantaque lux, quæ olim, cùm Eccleſia eſſet plantanda, miraculoſo modo Apoſtolos, viroſque Apoſtolicos, inſtruebat, *Act. II. 1. 2. & ſeqq.* affulſiſſet, nec ſacræ literæ penitus tacerent, fore, ut talis ſub finem mundi exſurgeret magnus Propheta, crederem? Cùm verò Omniſcius demandet, ut ſibi quisque caveat, ne à falſis, qui magno numero exeant, ut mentes humanas decipiant, prophetis à Chriſto, ejusque ſanâ doctrinâ, ſeducatur, quo in graviſſimum, pretioſo Salvatoris ſanguine redemtam, animam ſuam præcipitent periculum, μὴ παντὶ πνεύματι πιςεύετε, ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα, εἰ ἐκ τȣ̃ θεȣ̃ ἐςίν; additâ ratione, ὅτι πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον, admonet fideliter *Johannes.* 1. Epiſt. IV. 1. *Paulus*, gentium Doctor, contra vim ἀνθρωποκτόνȣ manum extendere jubet, ἐνδύσασθαι την πανοπλίαν τȣ̃ θεȣ̃ πρὸς τὸ δύνασθαι ςῆναι πρὸς τὰς μεθοδείας τȣ̃ διαβόλȣ, Eph. VI. 11. *in Angelum lucis* quandoque *ſeſe transformantis.* Non ſequitur, quicquid linguis exoticis, anteà nunquam vel cognitis, vel lectis,

lectis, vel auditis profertur, aut intelligitur, illud confeſtim à ſanctiſſimo Deo venire, niſi velimus obſeſſorum, imò Diaboli ipſius dicta aut facta evanida, quod nefas! magno haberi pretio: Proinde atro ſpiritui hæc *Bœhmii* ars eò rectiùs adſcribitur, quò magis apertè

§. VII. Videndus (γ) mediatæ illuminationis, quæ fit per meditationem, laborem, ſtudia &c. contemptus; in dem Sendſchreiben/ *pag. 108.* Ich habe/ ait *Bœhmius*, es (quicquid ſcribo & prædico) nicht aus Hiſtorien zuſammengerafft/ (intelligit etiam ipſam Scripturam S.) und alſo Meinungen gemacht/ (vult dicere, ſe nullas conſequentias ex Scripturâ duxiſſe) wie die Babyloniſche Schule (Academiæ, Univerſitates, Scholæ, &c.) thut/ da man umb Wort und Meinungen zancket. Ich habe durch Gottes Gnade eigene Augen bekommen / und mag in mir ſelber in Chriſti Weinberg arbeiten. Ich ſage frey offentlich/ daß alles/ was aus Wahn und Meinungen zuſammen geflicket wird/ das iſt Babel/ eine Hurerey ꝛc. qualem poſtulari mentis diſpoſitionem ad DEUM contemplandum, ac probè intelligendas res divinas, oſtendunt ſequentia: So der Menſch einen tieff verborgenen Willen (pruritum ad delirandum) in ſich findet/ der da wolte zu GOttes Gnade ſich wenden/ ſo er nur könnte; ſo wiſſe er/ daß derſelbe Wille das eingeleibte und im Paradiß nach begangener Sünde eingeſprochene Wort GOttes ſey; (quam deteſtanda commenta?) daß ihn dannoch der GOtt Jehovah! zu Chriſto zeucht ꝛc. in tertio libello des Wegs zu Chriſto/ vom Schlüſſel zum Verſtand göttlichen Geheimnüß, *p. 135. Quirinus Kuhlmannus*, planè ebrius philtro Böhmiano, in præfatione des neu-begeiſterten Böhmens dedicatoriâ, inter alia ita videri ſuæ doctrinæ originem, curat: Unter unzahlbahren Geſichten begab ſichs auch / daß meinen leiblichen Augen meine Studier-Kammer gantz weggenommen/ (cùm phantaſma malum oculos ejus teneret) und ich eine geraume Zeit viel tauſendmal tauſend mit vielen tauſenden Liecht-Gebuhrten um mich anſchauete/

Meditatio, labor, ſtudia &c. contemtim habentur,